

Johann Joachim Schoepffer Cornelius Verdunck


Dissertatio Iuridica Inauguralis De Necessitate Consensus Paterni, In Nuptiis Liberorum

Rostochi[i]: Weplingius, 1698


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747402701>


Druck Freier  Zugang





K. K. — 2 (104.)





42
J. N. J.
DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE

**NECESSITATE
CONSENSUS PATERNI
IN NUPTIIS LIBERORUM.**

QVAM

FAVENTE DIVINI NOMINIS GRATIA,
AUTORITATE ET CONSENSU
INCLYTI ICTORUM ORDINIS, IN ILLUSTRIS
ROSTOCHIENSI,
PRÆSIDE

CONSULTISSIMO, AMPLISSIMO ATq; EXCELLENTISSIMO

**DN. JOHANNES JOA-
CHIMUS SCHOEPFFERO**

J. U. D. CODICIS PROFESS. DUCALI, COMITE PALAT,
CÆSAR. CONSISTOR. DUCAL. ASSESSORE, AC HODIE FA-
CULTATIS SUE PRO-DECANO,

DN. PATRONO, HOSPITE, AC STUDIORUM PROMOTORE, OMNI HONORIS
ET OBSEQVII CULTU DEVENERANDO

PRO LICENTIA

SUMMOS, IN UTROQUE JURE, HONORES ET PRIVILEGIA
RITE CAPESSENDI

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTIT

CORNELIUS VERDUNCK Hamb.

AD DIEM APRIL, 1698. HORIS LOCOq; CONSUVETIS.



Rostochi Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

MECESSITATE
INSTITUTIONIBUS
D. JOHANNES
CHORISTAS
PROFESSORIBUS
CONVICTIBUS
RECTORIBUS
SCHOLARIBUS
PASTORIBUS
CANTORIBUS
SACRISTANIS
ALUMNIS
ET CETERIS
SACRIS
PERSONIS
AC
CIVIBUS
CIVITATIS
RUSTICAE
AD
SACRIS
PERSONIS
AC
CIVIBUS
CIVITATIS
RUSTICAE



PRÆFATIO.



Onjugium quasi seminarium reip. & principium urbis appellat differt. *Jctorum Lib. 1. d Off.* Nec immerito; nam ex prima hac Conjugum societate liberi procreantur, ex liberis familiae coalescunt, ex familiis civitates, ac republicae exsurgunt. Natura enim nos docuit generare ac procreare aliquid nobis simile, ut immortalitatem, quam in individuo non possumus, in specie saltem con-

sequamur, cum per matrimonium immortalitas artificiosè introducatur, & ex filiorum procreatione renovata maneat genera, ut verbis Justiniani utar Nov. 22. *pres.* unus quisque quippe liberos relinquens, in suis quasi renascitur liberis, Plato *Lib. 4. de Legib.* Maxime ergo interest reip. homines alluci ad matrimonia secum in-eunda *l. 1. ff. solut. matr.* quo ex iis procreentur, qui pacis tempore terram colant, exercent navigationes, artes & opera tractent, belli tempore rempublicam tueantur ac defendant.

Nec republicae tantum conjugis conservantur, sed & Ecclesiae, ut illud Ciceronis huc transferre liceat: Conjugium nominando quasi seminarium & principium ecclesiae Christi, uti enim quisque paterfamilias in sua domo quodammodo Rex est, simili modo & supremus est sacerdos, familiam suam in rebus divinis instituendo, primaque pietatis principia inculcando. *arg. Gen. 18. v. 19.* Cum ergo ex hoc principio Ecclesiasticus pariter ac secularis status sua capiat incrementa, non potest non reipubl. ac Ecclesiae maxime interesse, ne quis in consortium hoc conjugale ir-

ruat, spem parentum ac posterorum dolosis persuasionibus ac machinis, invitis vel insciis parentibus, subducatur, potestatem, jure naturæ, in liberos, fundatam, sine eorum culpa evertatur, reverentiam genitoribus debitam spernat, & sacram non minus ac politicam ordinationem transgreditur. Ex tali enim conjugio, quod sine consensu & benedictione parentum contrahitur, nil nisi perversa, ac seminarium malevolorum ecclesia ac respublica sperare potest, cum hoc non Deus, sed Diabolus omnis mali autor, conjunxerit. Suâ ergo mactandæ sunt laude constitutiones, quæ omnem clandestinam ac impiam conjunctionem, invitis parentibus, iisve insciis initam, rescindunt ac nullam plane declarant. Equidem conjunctio maris atque foeminae foetum procreandi causa, communis est hominibus cum brutis, sed conjunctio viri & foeminae, secundum formam ac præscriptum legum facta, quæ matrimonium dicitur, propria est hominum ratione præditorum, hinc decora & rite composita inter homines sit societas, quo ex puriori fonte rivuli in rempublicam, atque ecclesiam deriventur, adeoque haud immerito inter saluberrimas, dulcissimæ Patriæ, reipublice Hamburgensis, leges, edictum d. Anno 1676. d. 1. Octobr. eminere dixerim, QVO OMNES CLANDESTINÆ DESPONSATIONES, CONJUNCTIONES AC COPULATIONES, SINE PARENTUM CONSENSU INITÆ, RESCINDUNTUR AC NULLÆ DECLARANTUR. Quâ saluberrimâ constitutione, jura parentum, in nuptias liberorum de jure naturali, gentium, civili ac Canonico competentia firmantur, illustrantur, atque contra malevolos legum obtrectatores ac calumniatores, defenduntur. Verum cum in hoc themate nec Theologi, nec jurisconsulti, nec juris Naturæ, nec juris civilis, nec Canonici Doctores conspirent, dignum visum est, ut loco solennis Disputationis discuteretur. DEUM AUTEM TER OPTIM. TERQUE MAXIMUM flagrantissimis invoco precibus, ut mihi ex filiali amore ac reverentia, parentum jura, in hac materia, defendenti, gratiâ Spiritus sancti assistat, quo cœpta, ex voto, exequar.

CAP. I.

CAPUT I.

DE NECESSITATE CONSENSUS PATERNI, IN NUPTIIS LIBERORUM.

<p>Consensus Parentum, in nuptiis liberorum, omni jure desideratur, etiam de jure natura n. 1.</p> <p>Non tantum de honestate 2. seqq.</p> <p>Sed etiam de necessitate, si liberi adhuc sint in sacris paternis n. 5. seqq.</p> <p>Cum jure natura conspirat jus Gentium n. 8.</p> <p>Et divinum n. 9. seqq.</p> <p>Idem consensus, jure Canonico, in Decreto, ex necessitate, desideratur n. 12. seqq.</p> <p>Uti in decretalibus n. 14.</p> <p>Licet multi variè dissent: n. 15.</p> <p>Jure civili Romano, omnium parentum consensus, de honestate, desideratur. n. 16.</p> <p>Illorum vero parentum, qui liberos in potestate habent, consensus ex necessitate desideratur n. 17.</p> <p>Ad eo ut Jussus precedere debeat n. 18.</p> <p>Nec sufficiat ratihabitio, nisi à tempore intervenientis ratihabitio n. 19.</p> <p>Dissent, recusantur n. 20.</p>	<p>Quid hodiè circa ratihabitionem juris n. 21.</p> <p>Distinctiones confirmantur, ordinat, Consistoriali Mecklenb. n. 22.</p> <p>Rescript, El. Sax. n. 23.</p> <p>Statuto Hamburg. n. 24.</p> <p>Omnes liberi, in potestate constituti parentum consensum expectere debent n. 25.</p> <p>Cuiuscunque fuerint dignitatis etiam filii Principes n. 26.</p> <p>Except. in milite n. 27.</p> <p>Et eo, qui per dignitatem liberatur à patria potestate. n. 28.</p> <p>An Major 25. annis consensu paterno indigeat? n. 29.</p> <p>An emancipati? n. 30.</p> <p>Quid si filia emancipata sit minorennis? n. 31.</p> <p>Patris desideratur consensus, licet sit impius 32. seqq.</p> <p>Quid, si furiosus? n. 34.</p> <p>Ab hoste captus? n. 35.</p> <p>Absens? n. 36. seqq.</p> <p>Matri consensus jure Rom. necessario non desideratur n. 38.</p> <p>Licet filia sit minorennis. n. 39.</p> <p>Nec avi n. 40.</p> <p style="text-align: right;">Nisi</p>
--	---

<i>Nisi nepotes habeat in potestate</i>	<i>Nec curatorum</i>	n. 46.
	n. 41	<i>Nec Magistratus vel principis</i> 47.
<i>An hoc casu solius avi consen-</i>		<i>suorum parentum consensus iure</i>
<i>sus sufficiat?</i>	n. 42. seq.	<i>natura, desideretur necessario,</i>
<i>Nec avie expectatur consensus</i>		<i>ad nuptias liberorum</i> 48. seq.
	n. 44.	<i>Quid hodie juris?</i> n. 52. seq.
<i>Nec fratrum, vel cognatorum</i>		<i>An Principum consensus hodie</i>
	n. 45.	<i>desideretur?</i> n. 55. seq.



Parentum consensus, in nuptiis liberorum contrahendis, omni iure, necessarius est. Eckolt *ad ff. tit. d. Nupt. §. 4.* Dn. Haberkorn *Dec. 128.* etiam iure naturali per-illustr. Dn. de Rhetz. *in Instit. jur. publ. Lib. 1. Tit. 21. §. 2.* Cothman. *V. 1. Resp. 1. n. 41. seq.* Arnicaeus *in Doctrin. politic. cap. 3. §. Libertatem de- ro.* Et de *Conjug. cap. 3. sect. 10. n. 9.* Richter *ad Auth. E. contra C. d. Repud. n. 2. seq.* Carpz. *d. Jur. fam. singul. Dec. 1. posit. 8. n. 13.* Recta enim ratio svaedet *pr. 7. d. nupt.* imo praecipit, ut parentibus pareamus *l. Veluti 2. ff. d. 7. & 7.* omnemq; servemus reverentiam *l. Congruentius 4. C. d. patr. potest. l. Paren- tes 6. ff. d. In jus voc.* Cum naturali ratione huiusmodi personis honor debeatur *L. 2. C. eod. omnisq; pietas l. Nullum 10. ff. d. obseq. parent.* utpote quorum persona liberis semper honesta & sancta esse debet. *l. 9. ff. eod.* Reverentia vero atque honor parentibus salvus esse nequit, si liberi parentum, qui tot labores, curas, molestias ac sollicitudines, nocte ac die, in liberorum salutem sustinuerunt, in nuptiis, ceu re, inter humanas, gravissima, negligent consentum, sed gravissima afficiuntur injuria parentes, si liberi, in nuptiis ineundis, parentum benedictionem & approbationem floccipendant. ut recte Maria Medicea, Regina Angliæ, apud Gramond. *Lib. 3. Histor. fol. 230.* conqueritur, cum filia Christina cum Principe Pedimontano sponsalia, sine ejus consensu, contraxisset, ibi: *Nihil esse contemptu atrocius, maxime, cum qui reverentiam debet, contemnit.* Omnis vero parentum contemptus, juri adversatur naturæ, Cum natu-
ræ

CAP. I. DE NECESSITATE CONSENSUS PATERNI

ra religio flagitet, ut liberi parentibus debitum præstent obsequium, ut loquitur Imperator Constantinus in *l. Liberi 28. C. d. inoffic. testam.* Ex sacris huc referri posset exemplum impii Esavi, *Gen. 26, vers. 34. 35. junct. cap. 27. vers. 46. & cap. seq. 28.*

Et in eo omnes conspirant, quod liberi *ex reverentia* parentibus debita, obligati sint, jure naturæ, parentum expetere consensum vid. Imper. Carol. V. in der Käyserl. Erklärung/wegen der Religion. zu Augspurg Anno. 1548. Tit. 21. von Sacrament der Ehe ibi: Weil wir aber der Ehrbarkeit gemäß achten, daß die Kinder sich nicht Verheyrathen sollen/ Ohne Rath/ und Bewilligung ihrer Eltern. Bellarm. *de matrim. cap. 19. propos. 3.* Sed &, ex *necessitate*, jus naturæ liberos, quamdiu sunt in sacris paternis, constringit, ac iis necessitatem absolutam imponit, ut parentum, si possint, adhibeant consensum; Natura enim liberos, subjecit illis, à quibus liberi vivendi initium, si à Deo discedas, acceperunt, juxta Aristot. 8. *Ethis.* ibi: *naturâ patrem filiorum imperium habere*, ut liberi non suo, sed parentum arbitrio vivere cogantur. Quicumque vero sui potestatem non habet, per naturam, aliis sui copiam facere nequit. Arnisaus *doctr. polit. cap. 3. §. Libertatem.* Nec velle potest, qui obsequitur imperio patris *l. Velle 4. ff. d. R. J.* Nec jus naturæ permittit, ut alicui jus semel perfectè quæsitum, ei invito extorqueatur, sine suo delicto vel culpa. *Si reus 62. ff. d. pact.* ergo nec patri invito jus à liberis extorqueri potest *l. Nec avus 4. C. d. Emancip.* Pater autem suo privaretur jure, si filio licitum esset, invito patre, aliam personam extraneam, in familiam patris inferre, hæc ergo persona, invito patre à filio inducitur, expellenda, cum nemo invitus cum aliquo communionem, vel communem familiam inire cogatur *arg. l. 2. ff. d. Obl. & act.* cum societas consensu contrahatur *socius vero mihi esse non potest, quem ego socium esse noli sunt verba l. Qui admittitur 19. ff. d. Pro soc.* filia autem nubendo, patri invito jus suum aufert, dum transit in aliam familiam, est enim familiæ suæ & caput & finis. *Pronunciatio 195. §. 5. ff. d. P. S.* Imo nihil iniquius fingi velex cogitari posse videtur, quam filiam

8 CAP. I. DE NECESSITATE CONSENSUS PATERNI

- filia patri e suis Laribus & domiciliis abduci, invito & repugnantis, vel filium familias, qui in patris domo habitat, mulierem, ante oculos, vel in domum patris inviti & dissentientis introducere, ut loquitur Cypræus *d. Connub. jure cap. 6. n. 4. in fin.* Nec est, quod objicias, patriam potestatem jure naturæ tantum eousq; se extendere, ut liberi educentur, ac gubernentur, donec ipsi rebus suis commode possint prospicere. *Dn. Puffendorf. d. 3. Nat. & Gent. Lib. 6. cap. 2. §. 14.* Negamus enim hanc consequentiam, plures enim effectus sunt patriæ potestatis, etiam de jure naturæ, quam educatio, hæc enim alimentorum subministratio cessat, si filius sibi ipsi prospicere possit. *vid. l. si quis §. 7. d. agnosc. & alend. lib.* Potestas vero patriæ, quæ jure naturæ in filium competit, ex eo non cessat, quod pater ab alimentis subministrandis liberetur *vid. Carpz. part. 2. C. 10. def. 7. n. 7. seq.* In eo enim differunt homines & bruta, hæc quam primum se alere possunt, omnem respectum erga genitores deponunt; non homines, qui rectâ ratione pollent, hi enim tamdiu in parentum, naturali jure, quæsita potestate manent, donec legitimè hæc potestas fuerit soluta.

8. Conspirat morationum Gentium usus, Cyrus enim absque parentum consensu, matrimonium inire noluit, apud Xenophont. *L. 8. Cyroped.* Euripid. in *Andromache* Hermione ibi: *Desponsationis quidem meæ, pater meus curam habebit, & non est meum statuere hoc.* Quæ verba, in *Can. Honorantur 13. C. 32. qu. 20* referuntur, ac confirmantur. Huc trahere illud Catulli:

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est,

Tertia pars matri data, pars data tertia Patri,

Tertia sola tua est, noli pugnare duobus.

Et Achilles apud Homerum *libr. 9. Iliad.* uxorem, sine patris consensu, ducere denegat, dum inquit:

Si enim jam me servent Dii, & domum perveniam,
Peleus (pater) mihi tunc uxorem desponsabit ipse.

Vid. plur. Harprecht. *ad pr. Inst. d. Nupt. n. 51. ibique all. Gellium Libr. 2. Noct. Attic. cap. 7. Cothman. Vol. 1. Resp. 1. n. 58. 1699. Joh. Adam Scherzer in System Theol. Loc. 27. §. 9. fol. 791.*

Jus

Jus Naturæ & Gentium confirmat sacra pagina, ut ut enim
 expressus textus, quantum ego quidem recorder, non extet,
 qui liberis absolutam necessitatem imponat, non, nisi consensu pa-
 rentum, nuptias ineundi, plures tamen extant textus, ex quibus,
 per legitimam consequentiam, ejusmodi necessitas probari
 potest, liberi enim in omnibus obedire jubentur parentibus
Colos. 3. vers. 20. Et parentibus præscribuntur mandata, de liberis
 elocandis *Exod. cap. 34. v. 16.* ibi: und nehmet dennen Söhnen ihre
 Töchter zu Weibern. *Deut. cap. 7. vers. 3.* ibi: eure Töchter solstu nicht ge-
 ben ihren Söhnen / und ihre Töchter solt ihr nicht nehmen euren Söh-
 nen. Conspirat *Jerem. cap. 29. vers. 6.* Ex Novo testamento
 idem probat Paulus *ad Corinth. 7. vers. 36 & 37.* Si vero parentum
 est nuptias liberorum inire, non potest non sequi: ergo sine con-
 sensu parentū nuptiæ iniri non possunt Schertzer. *Loc. 27. d. Con-
 jug. S. 9. pag. mibi. 790.* Et liberis potius præcipiendum fuisset,
 ne cum peregrinis se commiscerent, quam parentibus, ne li-
 beris suis ejusmodi matrimonia concedant, si parentes,
 jure, liberos suos prohibere non potuissent. Meier *in Coll. Arg. d.
 R.N. 16. 5. ibiq; alleg.* Accedit patrem in sacris, habere potestatem,
 matrimonium, quod necessario cum filia sua contrahendum erat,
 dissolvendi *Exod. 22. vers. 7.* Nec votum liberorum valet, sine
 consensu parentum, quam diu liberi in domo sunt patris, h. e.
 quam diu ex potestate, à parentibus non sunt dimissi *Numer. c.
 30. vers. 4. seq.* Nec satisfacit huic dubio responsio Dn. Ziegler
ad Grot. L. 2. c. 5. n. 10. ad verba: solum autem reverentia, quod con-
 tractus matrimonialis, non sit parè electitius, ut est susceptio vo-
 ti; sed naturalis quoad speciem, electitius autem solum, quo-
 ad determinationem individui. Quia Deus non tantum actus
 electitios, sed & naturales tales, qualis est matrimonium, paren-
 tum subjecit arbitrio, *Exod. 22. vers. 17. Deut. 7. vers. 3.* Hinc nulla
 distinctio fingenda, quæ in ipsis textib. sacris fundata non est,
 sed idem Deus, qui parentibus potestatem dedit improbandi vota
 liberorum, idem quoque matrimonia liberorum, parentum sub-
 jecit arbitrio. Sicuti enim votum filiae non valet, quod DEO
 factum est, quanto minus rata esse debet promissio homini fa-

10 CAP. I. DE NECESSITATE CONSENSUS PATERNI

Et, contra Leges divinas & humanas. Cothmann. *V. 1. Respon. n. 777.*
Schertzer. *d. l. pag. 790.*

27. Quod Exempla in populo Judaico confirmant. Abraham ablegat Eleazarum ad conciliandas filio Isaaco nuptias *Gen. 24. v. 3.* Isaaco Rebecca desponsatur à patre Bethuel *Gen. 24. v. 50. seq.* facta vero desponsatione, Rebecca expressus consensus exigebatur *d. cap. vers. 58* Isaac Jacobum, ut uxorem de filiabus Laban ducat, in Mesopotamiam mittit *Gen. 28. vers. 1.* & Laban Jacobo desponsat filiam suam *Gen. 29. vers. 19. & 27.* Caleb filia à patre desponsatur Josua *cap. 15. v. 16.* Ebzan triginta filiis suis uxores, & totidem filiabus maritos dedit *Judic. cap. 12. v. 9.* Simson à parentibus petit, ut sibi detur uxor. *Judic. 14. v. 3.* Aliud exemplum vid. *Judic. c. 21. v. 1. add: Syracid. cap. 7. vers. 27.* Et in eo, quod ad nuptias ineundas parentum consensus, de necessitate requiratur, nobiscum consentiunt Schertzerus *System. theol. Loc. 27. d. Conjugio §. 9.* Joh. Andr. Qvensted. *in System. Theol. part. 4. cap. 14. d. Conjug. sect. 7. qu. 1.* Brochman. *in System. Tom. 2. artic. de sponsal. 25. cap. 2. sect. 4. aliiq; ab his allegati.* Ex Jctis eidem favent opinioni Harp. *adpr. J. d. Nupt. n. 46. seq.* Cothman. *V. 1. Cons. 1. n. 1. seqq.* Cypræus *de sponsal. cap. 6. §. 6.* Carpz. *L. 2. Jurispr. Consist. des. 39. n. 11.* & ab his alleg. Dissentiunt vero multi ex Romano Catholicis, qui consensum parentum, jure divino, de honestate, non vero de necessitate, desiderant. Ballarmin. *Lib. 1. d. matrim. cap. 19.* Gonzal. Tellez. *ad cap. 1. X. d. de spons. impub. n. 5.* ibiq; alleg. Costanus *Lib. 1. qq. cap. 12.* Concinius. *Lib. 1. successiv. cap. 4.* Ant. Faber. *in Jurisprud. princip. 4. in princip.*
28. Jus Canonicum nostram quoque fovere sententiam apprehendimus, quod ex Decreto probat *can. 3. C. 30. qu. 5.* ibi: *sponsalia fiant consensu eorum, qui hac contrahunt, & NB. eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur & c. honorantur 22. qu. 2.* ibi: *Non enim, est virginalis pudoris eligere maritum, unde illud Euripideum: sponsaliorum meorum pater meus curam subit. Hoc enim non est meum.* Idem confirmat. *c. fin. C. 32. qu. 2. c. Sufficiat 2. C. 27. qu. 2.* Qui canones non de honestate, sed necessitate intelligendi sunt, quia consensus in nuptiis desideratur, secundum leges *d. c. sufficiat;* secundum leges vero legitimum non est matrimonium, sine consensu parentum *l. 2 ff. d. R. N. S. 12. l. 104.* Id quod *can. Non omnis*

12. C.

12. C. 32. qu. 2. clarè comprobatū fuit, in quo, in vetustioribus exemplaribus extabant verba: *paternus consensus desideratur in nuptiis, nec sine eo legitima nuptia habentur, vid. not. ad. d. can. 12. & Harpr. ad pr. 7. d. Nupt. n. 99.* Et Cypræū de sponsal. cap. 6. §. 6. n. 3. qui dicta verba, ex allegato canon. *Non omnis 12. recitant Verum cum hæc verba ad palatum Romano-Catholicorum non essent, in recentioribus editionibus omiſſa sunt.*

Ejusdem opinionis videtur esse Innocentius III. in cap. *Tue. 14. fraternitati 25. X. d. sponsal.* ubi legitimus viri & mulieris consensus desideratur ad nuptias, legitimus autem non est consensus, nisi quoque consentiant in quorum potestate sunt liberi *pr. 7. d. Nupt.* Cujus si dubiū superſit, eximet Clemens III. in cap. *Videtur nobis 3. X. qui matrimonium accus. poss. ibi: in nuptiis maximè parentes admittantur, ita ut si non interfuerint, & consensum non adhibuerint, NB. secundum leges, nullum fiat matrimonium,* quibus verbis, non tantum leges Romanæ, quæ consensum parentum, in quorum potestate sunt liberi, in nuptiis liberorum pro forma desiderant, confirmantur, sed etiam matrimonium, si de facto, ut loquuntur, initum sit, nullum declaratur Consentit Cypræus *d. sponsal. cap. 6. §. 6. n. 3. Meier. in Coll. Arg. d. R. N. 1. b. 5. Harprecht. ad pr. 7. d. Nupt. n. 98. seqq. Riemer. Decad. 2. qu. 4. Arum, Exerc. 2. th. 9. Ungepaar. Exerc. Justin. 3. qu. 6. in Nego. Gerhard. Exerc. Just. Dec. 2. qu. 3. Cæpen. in Usu pract. inſtit. Lib. 1. Obs. 29. n. 36. Eckolt. ad ff. tit. d. Nupt. §. 4. Bocer. class. act. 1. disp. 9. n. 8. Cothman V. 1. Resp. 1. n. 152. Divortium vero à nostra faciunt sententia Gail. L. 2. Obs. 93. n. 3. qui statuit: *parentum consensum in nuptiis liberorum non esse necessarium de jure canonico Nicol. Everhard. Jun. V. 1. Conf. 40. n. 20. ibi: Nec requiritur in tali matrimonio consensus patris, juxta Constitutiones juris Canonici, imo potest, filia, etiam invito patre, matrimonium contrahere. Hahn ad W. tit. d. R. N. n. 4. ad vs. Horum enim. Didac. Covarruv. de Matrim. Tee. pare. tom. 1. cap. 3. §. 8. n. 1. ibi: Constat denique, ad matrimonium esse necessarium consensum liberum illius, qui contrahit, ita ut nec patris consensus requirendus præisè sit. Et in seq. distingv. inter honestatem & necessitatem. Gonzalez. Telletz. ad. cap. 1. X. de despons. Impub. n. 10. ibi: sed consensu & verissima sententia est existimantium attento jure Pontificio, non solum novo, ve-**

2 CAP. I. DE NECESSITATE CONSENSUS PATERNI

rum antiquo, matrimonia solo contrahentium consensu celebrata valere, nec unquam parentum consensum fuisse necessarium ad eorum substantiam, & valorem. Et ab hoc longa serie alleg. Sanch. d. Matrim. Lib. 4. Disp. 22. Paschalis. d. virib. par. potest. part. 2. cap. 5. n. 19. seq. Viv. Dec. Neapol. 523. n. 3. Menoch d. 4. l. 2. cas. 4. n. 8. Sicheard. ad l. 4. C. d. sponsal. n. 6. Joach. Burger. in not. ad Sande dec. L. 2. T. 1. Def. 2. in fin. Et Bachov. qui quondam orthodoxus. postea heterodoxus impudica fronte & manu in not. ad W. n. 3. ad v. filio filiar. scribit: At memini ex Capp. citatis à neotericis hereticis induci ad probandum, quod consensus patris sit essentialis adde Concil. Trident. sess. 24. d. Reform. Matr. cap. 1.

16.

Transleamus nunc ad jus civile Romanum, in quo, ex honestate, omnium parentum desideratur consensus arg. l. 1. §. 9. l. 10. ff. d. obseq. parent. Nicol. Everhard. Jun. V. 1. Conf. 40. n. 20. Pietas enim parentibus, etiam inæqualis est eorum potestas, æqua debetur, ut pie loquitur Ulpian. in l. Furiosa 4. ff. d. Curat. furios. Illorum verò parentum, qui liberos in potestate sua habent, consensus, de necessitate desideratur, ut docet Paulus l. Nuptia 2. ibi. nuptia consistere non possunt, nisi consentiant illi, quorum in potestate sunt ff. d. R. N. l. Dotis promissio 68. ff. de jur. dot. l. Si Nuptiis 2. L. Nec filium C. d. Nupt. ibi observatis juris præceptis, sociare conjugio tuo quam volueris non impedieris, ita tamen ut contrahendis nuptiis patris cui consensus accedat.

17.

Nec talis pater, qui nuptias, sine consensu parentis, in cujus potestate fuit, contraxit, liber os procreatos in sua habet potestate. l. Paulus. ii. ff. d. Stat. homin. Sed spurii, & quasi sine patre nati, censentur §. si adversus 12. §. d. Nupt. Imo jure Romano, nuptiæ inter easdem personas olim jam contractæ, sed dissolutæ, sine voluntate parentum renovari non possunt, l. Nuptia 18. ff. d. R. N. sed cessante patris voluntate, minus legitima conjunctio dicitur. l. Si ut proponis, 7. C. d. Nupt. d. l. 18. d. R. N. Sed & ad dissolutionem nuptiarum patris requiritur consensus. Auth. E. contra C. d. Repud. ibi: Sicuti in contrahendo matrimonio, consensus parentum exigitur, ita & in dissolvendo.

18.

In tantum autem iustus patris in nuptiis liberorum necessarius est, ut iustus parentis præcedere debeat pr. §. d. Nupt. ita tamen, ut vel in ipso negotio intervenire possit Harpr. ad pr. §. d. Nupt. n. iii. Iustus enim præcedens excludit subsequentem, non concurr

ren

rentem, sive expressum, sive tacitum Majer in *Comm. Inst. tit. d. Nupt.* pag. 177. ab eo quoque tempore, quo consensus sequitur nuptias, legitimæ fiunt *l. 1. C. d. Nupt.* At non retrahitur ratihabitio subsequens, ut matrimonium, sine patris consensu contractum, ab initio convalescat *l. 68. ff. d. Jur. dot. l. 13. pr. ff. de his qui not. inf.* adeo ut vivo avo, non consentiente, conceptus, non sit legitimus, licet natus sit, avo jam mortuo *l. Paulus 11. ff. de stat. bom.* Nec maritus uxorem accusare possit de adulterio, quod, ante patris ratihabitionem, admisit *l. si uxor. 13. §. 6. ff. ad l. Jul. d. adulte.* quia à tempore ratihabitionis paternæ demum legitima uxor habetur.

Contrarium pluribus eadem adstruere conantur celeberr. Huber. *positi juris ad Inst. tit. de Nupt. §. 16. 17. 18. 19.* Joach. Burger. *in not. ad Sande Dec. aur. Lib. 2. Tit. 1. def. 2. §. 3.* Marc. Lycklama *Membranar. Lib. 7. Eclog. 18.* Brunnem. *ad l. 5. C. d. Nupt. n. 9.* Herold *d. Rarificatione c. 3. sect. 1. pag. m. 74. n. 73. seqq.* Schneidewin. *ad Inst. tit. d. Nupt. part. 2. n. 30.* Sed textus ab his allegati non loquuntur de nostro casu, argumentum enim à communi ratihabitione, in nostro casu non stringit, quia hic consensus præcedens, vel in ipso actu concurrens, pro forma, desideratur & ratihabitionis communis effectus, in nostro casu, sublatus est *l. 13. §. 6. ff. ad l. Jul. d. Adulte. add. l. 65. §. 1. ff. d. R. N. l. 6. C. d. Nupt.* Schwend: *ad Eck; tit. d. Nupt. §. 4. ad v. b. Ratihabitione* Hillig: *ad Don. Lib. 13. cap. 20. lit. L.* Huhn: *Ref. L. 1. Tr. 3. qu. 19.* Hahn: *ad W: tit. d. R. N. n. 4. ad v. b. Horum enim Harpr: ad pr. 7. d. Nupt. n. 111. multiu seqq.* Riemer: *Decad. 2. qu. 4.* In praxi tamen magis recepta Doctorum opinio, quod hodie favore liberorum ratihabitio retrahatur, & liberos antenatos legitimos efficiat. Huber: *d. l. §. 16.* Ernest: *Theophil: Majer: in Comm. Inst. tit. d. Nupt. pag. m. 177.* Brunn: *ad l. 11. ff. d. stat. bom. n. 2.* Schilt: *in prax. for. Germ. Disp. 3. tb. 12.* Excell. Dn. Præses *in Synops. juris privat. tit. d. Sponsal. n. 17.* Frantz. *Exerc. 2. qu. 5. in fin.* Siquidem & illud extra controversiam, quod liberi post ratihabitionem nati, etiam de jure Romano, fiant legitimi Schwendend: *ad Eckolt: tit. d. Nupt. §. 4. ad v. b. ratihabitione.*

Dicta apprime confirmantur in Ord. n. Confistor. Mecklenburgicâ sub Rr. Von Ehegelübten ohne Einwilligung der Eltern vbr: Nach dem das Göttliche/Natürliche/und Käyserliche

Rechte/ auch die Vernunft/ und Bürgerl: Erbahrkeit/ und
 Exempel der Heyl. Väter/ bey welchen beyde Recht/ und
 gewohnheit gewesen/ daß die Eltern ihre Kinder auß vä-
 terlicher Obrigkeit/ verehliget haben/ außweisen/ daß
 sich die Kinder mit ihrer Eltern Vorwissen und NB. Bewil-
 ligung/ in den Heil. Ehsand begeben sollen/ so sollen unsers
 Consistorii verordnete Commissarii alle Ehe Verpflichtung
 und Verlöbnuß/ da sich junge Leute einander ohne Vor-
 bewußt/ und Bewilligung ihrer Eltern versprochen haben/
 für Unkräftig und Unbündig erkennen/ quod denuo
 confirmatum In der Mecklenb. Policy. und Landes Ordnung Rr.
 von heimlichen Verlöbnußen ibi: Nach dem die Heyl. Ehe/
 und Verlöbnußen/ ohne Vorwissen der Eltern NB. In
 Göttlichen und Käyserl. Rechten verboten/ daß sie sich
 solcher heimlichen Verlöbnußen/ so ohne Vorwissen
 beyderseits Eltern/ oder ihrer Vormünder/ geschehen gänz-
 lich enthalten.

23. Idem inculcat Consistorium supremum Dresdense in re-
 scripto d. die 3. Septemb. 1638. ibi: Dennoch aber und die weil
 der leiblichen Eltern Consens, und Einwilligung nicht
 nur de honestate/ sondern auch Natürlicher/ Göttlicher
 und Weltlicher Rechte und Verordnung nach/ de necessi-
 tate zu der Kinder Verehligung erfordert wird/ so kann
 auch in diesen Fall der Vater/ wieder seinen Willen zu
 mehr berührten Consens nicht genötiget/ noch die vor-
 habende Ehe zu Werck gerichtet werden Carpz. L. 2. Def.
 39. n. 21.

24. Quibus ex infinitis Protestantium elegantissimis Con-
 stitutionibus, jungo statutum Hamburgense Part. 1. Tit. XI.
 art. 2. ibi: Weil vermüge göttlicher/ Natürlicher und Weltlicher
 Rechte/ der Eltern Verehligung und Vollborde zu der Kinder Ehe nö-
 tig/ so seyn auch die Kinder der Eltern consens aus schuldigen Ge-
 horsam zu erfodern Pflichtig und verbunden. Ex

IN NUPTIIS LIBERORUM.

15

Ex dictis dilucide apparet, quod liberi consensum parentum, de jure naturali, divino & civili, ad nuptias contrahendas, expetere teneantur, cujuscunqve fuerint dignitatis, modo subint parentum potestati. Filii enim famil. licet Principes sint, obligati sunt, ad nuptias ineundas, patris adhibere consensum Illustr. Dn. de Rhetz in *Instit. jur. publ. Lib. 1. Tit. 21. §. 2.* quia principibus Imperii jus patriæ potestatis, in liberos suos, adhuc hodiè illibatum est, cum Carol. V. Imperator Electorem Saxonie Johannem Fridericum, libertati pristinae reddendo d. 22. August. Anno 1558. ei, in specie, patriam quoque potestatem restituerit Illustr. Dn. de Rhetz. *d. tit. 20. §. 1.* Consultiss. J. Crus Strykius in *Ul. Mod. ff. tit. de his qui sui vel alien. §. 4. in fin.*

Alii excipiunt milites actu militantes, sic Paul. Voët. *ad §. 4. ff. qu. 27. m. jus patr. n. 5. in fin. scribit: se observasse, militem, insuper habito consensu sui patris NB. rectè contraxisse nuptias.* Quæ sententia ex eo probabilis, quod militibus specialiter concedatur facultas, sine aliqua solemnitate, pro libero arbitrio, conjugia contrahendi. *l. A caligato 21. C. d. Nupt.* Hinc duces militiae & officiales à ritibus ecclesiasticis adhuc hodiè excipit Carpz. *l. 2. def. 249. n. 7.* Sed scolopetariis & hastatis hoc privilegium denegat Carpz. *d. l. n. 8.* sed invita justitiâ Justinianea, quæ solemnitates matrimonii, tam Magistris, quam gregariis militibus remittit *d. l. à caligato.* Caligatus enim appellatur vilis & obscurior, teste, Justiniano Imperatore, omni exceptione majore, in *Nov. 74. cap. 4. §. 3.* Si tamen dicendum quod res est, nec militem excipimus, per tex. expr. *l. 35. ff. d. R. N.* ubi Papinianus: *Filius familias miles, inquit, matrimonium sine patris voluntate non contrahit.* Huic inhaeremus opinioni, donec liquido probetur contrarium, quod non fit *d. l. 21.* cum patris consensus non sit referendus ad solemnitates, sed ad essentialia matrimonii add. Ducis Sleswic. Christiani Alberti jus militar. art. 112. ibi: *Es sollen nicht weniger alle und jede von der Soldatesc / als andere civil personen, in Ehesachen ihrer Eltern consens adhibiren.* Dicta limitanda: Nisi miles separatam instituat œconomiam, hæc enim, moribus, liberat à patria potestate. Struv. *Exerc. 3. 1b.*

68 Hahn.

28. 68. Hahn. *ad W. tit. d. Adopt. Emancip. n. 7. v. bodie.* Vel Gubernator vel Praefectus fiat Joh. Otto Tabor. *de Patr. potest. part. 2. cap. 3. §. 3. in fin.* Generale enim est, quod filius per dignitatem à patria potestate liberatus, omnia privilegia habeat filiorum emancipatorum *Nov. 87. cap. 2.* adeoque quilibet magister militum, à patria potestate liberatus erit *Nov. 81. Praef. & cap. 1.* & per consequens sine patris consensu nuptias inire recte potest.

29. Aetas vero sola filium non liberat à patria potestate, per text. expr. in *l. fin. §. 3. C. d. bon. qualiber ibi: cujus cunque aetatis filius inveniatur,* adeoque major 25. annis obligatus est patris sui, in cujus potestate est, expetere consensum. Nec filia familias majorennis excipienda est, quia nulla lex distingvit, quin potius majorem potestatem parentibus concedit, in nuptiis filiarum, quam filiorum *l. 12. §. 1. l. 13. ff. d. sponsal.* Equidem multi gravissimi J.Ci. hunc committunt errorem, quod statuunt: Consensum patris non desiderari, si filia, ante vigesimum quintum annum, non elegerit maritum. Quorum in numero unti Engelbr. *ad ff. tit. de sponsal. l. 3.* Boër. *Dec. 197. n. 6* Joh. à Sande *in Dec. l. 2. Tir. 1. def. 5.* Cypræus *d. sponsal. cap. 6. §. 4. n. 7. & Cap. 7. §. 33. in fin. & §. 14.* In quo §. 14. hoc beneficium soli filiae familias majorenni, non vero filio familias 25. Annis majori tribuit. Colore vel potius facio utuntur duplici, quo hanc sententiam illustrare conantur. Alterum petunt ex *Nov. iis. c. 2. §. 11.* ex qua colligunt: filia post annum 25. sine patris consensu nubere potest. Alterum à negligentia & incuria patris deducunt, nam culpandus est pater, qui incurius & negligens fuit, cum eum aetas virginis, quotidie tacite moneret *Cypr. d. cap. 6. §. 4. n. 7.* Verum ab exheredatione denegata, non valet arg. ad denegandam necessitatem consensus paterni. filius enim famil. sive majorennis, sive minorennis, exheredari non potest, si nuptias, sine patris consensu, inierit, ergo nunquam opus habebit consensu patris, si nuptias inire velit. posterius absurdum, ergo absona argumentandi ratio, ab exheredatione cessante, ad cessantem necessitatem consensus paterni, in nuptiis liberorum. Altera ratio itidem infirma, quia patris impii quoque consensus desideratur *vid. n. 33.* ergo multo magis patris, qui tantum distulit nuptias, add: *Mev. ad J. Lub. Lib. 1. Tit. 4. art. 2. n. 14. seq.* Filius

Filius vero emancipatus, etiam sine consensu patris, 30
 uxorem rectè ducit *l. 25. ff. d. R. N. l. 3. S. 5. ff. d. bon. poss. contr. Tab. add: l. Si is 56. §. 2. ff. d. Jur. dot.* quia pater per emancipationem, omni suo juri renunciat, quod in filium habebat *arg. S. 6. J. qu. m. p. p. solv.* Idemque juris in filia emancipata majorenni *l. Vidua 18. C. d. Nupt. ibique Goth. lti. N. Donell, enucl. Lib. 13. cap. 20. lit. V. Hahn. ad W. tit. de R. N. n. 3. ad vb. Horum enim consensus.* Quæ sententia *l. In potestate 19. ff. de sponsal.* confirmatur, ubi patri denegatur facultas dissolvendi sponsalia filix emancipatæ, huic vero assertur potestas nuptias pro lubitu contrahendi, nisi pater, tempore emancipationis, sibi expresse reservasset jus, quod filius emancipatus, sine ejus consensu, nuptias initiare non debeat *arg. d. l. 10. in fin.*

De filia emancipata minorenni vero res est dubia, ex 31
l. 18. §. l. 20. C. d. Nupt. exceptionem agnoscimus, atque defendimus, quod hæc sine patris consensu nuptias inire non debeat *Donell. enucl. Lib. 13. cap. 20. lit. X. ibiq; Hillig. Brunnem. ad d. l. 18. C. d. Nupt. Bachov. & Vinn. ad pr. J. d. Nupt. Hunn. Var. resol. Lib. I. Tr. 3. Qu. 15. Joh. Sande. L. 2. Tit. 1. def. 3.* Ita tamen ut filia emancipata, sive vidua, sive virgo sit *L. 18. C. d. Nupt.* Voluntati patris contradicere, ac judicis officium implorare possit *d. l. 18. Bachov. ab Wesenb. d. R. N. n. 3. ad vb. filio filiae emancipate.* Imo iudex in dubio magis voluntatem filix emancipatæ, quam patris sequi debet *d. l. 18.* Cum filia in potestate constituta patris voluntati repugnare non potuerit, si pater eam honeste elocare vellet *l. sed que 11. §. 1. ff. d. sponsal.* Cum vero *l. 18. §. l. 20. C. d. Nupt.* de filia emancipata minorenni loquantur, aliud dicimus in filio emancipato minorenni *Bach. ad Wes. d. Rit. Nupt. n. 3. ad vb. filio filiae emancipate.* Cum sub filiarum nomine, filii non contineantur, exemplo enim pessimum est, foeminino vocabulo, etiam masculos contineri *l. si ita 45. pr. ff. d. Leg. 2.*

Lustravimus huc usque liberos, quæ necessitate pa-

C

ren- 32

rentum consensum expetere teneantur, restat ut parentes quoque consideremus, & quoniam parentum nomine hic veniant, ut eorum consensus, necessariò, in nuptiis, sit expetendus. Et patris quidem, qui liberos in potestate habet, consensum necessarium esse ex *pr. J. d. Nupt. l. 2. ff. eod. l. 68. ff. d. Jur. dot. l. 12. C. d. Nupt. aliisque supra adductis liquet.*

33. Quam sententiam ampliamus, ut locum habeat etiam in patre impio *arg. l. patrem. 16. C. d. Nupt. Harpr. ad pr. J. d. Nupt. n. 111. Cypræus. d. sponsal. cap. 6. §. 5. n. 1.* quia impius quoque pater est. Idemque si pater sit prodigus Hillig. *ad Don. L. 13. cap. 20. lit. N. Meier. in C. A. d. R. N. ib. 9. Carpz. L. 2. d. 43.*

34. Si vero pater furiosus sit, vel mente captus, ejus consensus non desideratur. *l. si furiosi 25. C. d. Nupt. Quia iudicio caret L. 12. §. 2. ff. d. judic. Equidem pater furiosus liberos in sua potestate retinet, sive ante furorem, sive in furore eos procreaverit. l. Patre furiosi 8. ff. d. his qui sui vel alien. adeoque ejus consensus videbatur expectandus, favore tamen liberorum & reip. l. 2. ff. d. Jur. dot. aliud receptum est. Tempore dilucidi intervalli vero patris expetatur consensus, *arg. l. 39. pr. ff. d. Judic. Hill. ad D. Lib. 13. c. 20. lit. N.* Et patre furente, avi desideratur consensus, & contra; Avofurente, patris consensus exigendus est, *l. Si nepos 9. pr. ff. d. R. N.**

35. Patre ab hostibus capto, liberi in incerto sunt, an sui juris sint, an filii familiarum *l. In bello 12. §. 1. ff. de capt. & postl.* Si tamen pater intra triennium non revertatur, liberi nuptias inire possunt *L. Si nepos 9. §. 1. ff. d. R. N.* equidem in *d. l. 12. §. Medio tempore 3. ff. d. captiv.* Propter publicam nuptiarum utilitatem, filio patris captivi conceditur facultas nuptias ineundi, sine mentione triennii; sed lex ex lege supplenda Hillig. *ad Don. Lib. 13. cap. 20. Lit. O.*

36. Idem dicendum, si pater absens sit, nec exacto triennio, constare possit, ubi degat, & an superstes sit *l. Si ita 10. ff. d. R. N.* idemque dicimus, si post triennium constet

ster, patrem adhuc in vivis esse, sed constare non possit, ubi degat, nam nec hoc casu ejus consensus expeiri potest à filio, ultra triennium vero incertum patris reditum expectare non tenetur *d. l. 9. §. 10. Junst. l. 12. §. 3. ff. de capt.* Ne vero triennium illud, aliàs expectandum remoram ponat fortunis liberorum, conceditur liberis facultas matrimonium ineundi, cum tali, cujus conditionem pater non esset repudiaturus *l. si filius 11. ff. d. R. N.*

Matris consensus, jure Romano, in liberorum nuptiis, de necessitate non desideratur *Dn. Hopp. in Com. Inst. ad pr. d. Nupt. §. 11. Consensus parentum*, quia patris tantum desideratur consensus *l. Nec filium, 12. C. d. Nupt.* nec matri potestas patria conceditur in liberos *§. 10. J. d. Adopt. §. 3. J. d. Her. qual. & diff.* illorum vero parentum consensus exigitur, qui liberos in potestate habent *pr. J. d. Nupt. l. 2. ff. d. R. N. vid. n. 32.* Dissentit quidem Cypræus *d. sponsal. Cap. 6. §. 6. n. 3. vers. Sed hæc legibus confirmanda sunt.* Verum promissa malè exequitur, cum textus ab eo allegati, probanda non probent, quod hoc loco deducere supersedeo. add. *Hillig. ad D. l. 13. Cap. 20. lit. Y.*

Major dubitatio de filia minorenni, an hæc matris indigeat consensu, si maritum sibi eligere velit, diversas Doctorum opiniones exhibet *Brunn. ad l. 20. C. d. Nupt. Don, enucl. d. l. lit. Y. Hunn. ref. L. 1. Tr. 3. qv. 14. in fin.* Negativam tuetur *Hahn. ad W. tit. d. R. N. ad vb. in minoribus patre orbatis Eckolt. ad ff. eod. §. 3.* Nos, salva aliorum autoritate, nec hoc casu matris consensum necessario implorandum esse, defendimus, quia, nulla lege, hæc necessitas injecta est.

Ex dictis facile liquet, idem judicium esse de avo, non tantum materno, sed & paterno, si nepotes ex filio, post emancipationem nati & concepti sint, nam nec ille *§. fin. J. d. patr. pot.* Nec hic, hosce nepotes, in sua potestate habet *arg. l. 26. ff. d. adopt. §. 4. J. eod.* Sivero avus nepotem vel neptem in potestate habuit, quod quidem jure Rom. re-

gulare est, in nato ex filio *S. fin. 7. d. patr. pot.* eius consensu quoque, in nuptiis nepotis, desideratur, & avi solius consensus hoc casu sufficit, si neptis viro nubat *l. Oratione 10. §. 1. ff. d. R. N.* ut ut ejusmodi neptis, post mortem avi consentientis recasura sit, in sui patris potestatem *pr. 7. qu. mod. jus pat. pot. solv.* ratio quod ex filia nati, non sequantur familiam matris, sed patris *S. fin. 7. d. patr. pot.* Adeoq; avus, in despondenda nepte, patri præfertur, tum propter tenerimum avorum affectum, quo posequuntur nepotes, juxta Germanorum illud: *es ist nichis liebers bent Rindes. Rind/* tum propter ætatis & gradus prærogativam. *Cypræus d. sponsal. cap. 3. §. 4. n. 11 & 12.* Quæ pluribus vide.

42. Si vero nepos uxorem ducere gestiat, & patris & avi desideratur consensus *d. l. 16. §. 1. ff. d. R. N.* Licet, pater, hoc casu, filium uxorem ducentem, in potestate sua non habeat *l. 21. ff. ad L. Jul. de adult.* Ratio diversitatis à priori casu est: quod nepos, avo mortuo, una cum liberis, in patris potestatem recidat *§. 7. l. d. adopt.* ideoque interest patris, quales liberos, & ex qua uxore filius suscipiat, & in ejus familiam & potestatem inducat *Cypr. d. l.* Exceptio dictorum occurrit in *l. Si nepotem 3. ff. d. R. N.* Si scil. avus & nepotem, & neptem, nuptias inituros, in sua habeat potestate, quo casu, solius avi sufficit consensus. Gothofr. eqvidem ad *d. l. 3. lit. mibi S.* notat: *si modo filius non vivit, alias consensus ejus requiritur.* Supponit ergo Goth: filium ex quo nepos fuit in potestate avi, vel mortuum, vel emancipatum fuisse. Quam interpretationem divinationem nominat *Hilfig: ad Dön: Lib: 13. cap: 20. lit. M.* quia supposito Goth. casu, nullum dubium fuisset, quin solus avus nepotibus, in potestate constitutis, matrimonium contracturis, consensum præbere potuisset, pater enim nepotem in potestate nec habuisset, nec recasurus fuisset in suam potestatem. Ast Jctus dubitat de decisione casus legis tertiæ, ergo magis probabile: Filium adhuc vixisse in potestate avi. Adhæc casus in *d. l. deci;*

deciditur, quod solo avo autore, nuptiæ contrahi possent
quod commodè, dici non potest, si non adfuisset filius, de
cujus consensu exigendo, dubitatum fuisset. Ex quo magis
recepta Ddrum opinio, quod in l. 16, §. 1. ff. d. R. N. conti- 43
neatur regula, in d. l. 3, vero exceptio, nisi nepos, ex eadem
familia neptem, in ejusdem avi potestate existentem, du-
cat s. Hillig: ad D. L. 13. cap. 20. tit. M. Brunnem. ad l. 16.
ff. d. R. N. n. 4. § 5. Wissenb. ad ff. V. 1. Disp. 44. t. b. 13. Meier.
in Coll. Arg. iii. d. Rit. Nupt. t. b. 6. Licet Hunn. in resol. Lib. 16
Tract. 3. qu. 16. legem 16. §. 1. 3, conciliare malit; commatis inter-
tione, legendo: Si nepotem ex filio, & neptem ex altero filio
in potestate, habeam &c.

Dicta n. 39. de matre eadem ratione, locum habent in 44
avia, ut hujus consensus, in nuptiis nepotum non deside-
retur Eckolt. ad ff. d. R. N. §. 3. ibi: Non ergo matris aut avia,
quia avia plus juris, matre, prætere non potest arg. Nov.
118. c. 5. ibi: secundum hereditatis ordinem.

Ex eodem dependet principio, quod nec fratrum, nec 45
patruum, nec aliorum cognatorum vel affinium consensus de-
sideretur in nuptiis fratris, sororis, fratris liberorum vel a-
liorum cognatorum, quia dictas personas non habent in
sua potestate, Equidem Cypræus Tr. d. sponsal. Cap. 3. §. 4.
n. 17. variis exemplis demonstrat: fratrum quoque auto-
ritatem non exigam fuisse, in despondendis sororibus. Cu-
jus vestigium in l. 20. C. d. Nupt. superesse videtur. Verum
de necessitate, jure Romano, fratrum vel cognatorum
consensus non desideratur, per text. expr. in l. In copulandis
§. C. d. Nupt. ibi: In copulandis nuptiis, nec cognatorum, nec affi-
nium ulla auctoritas potest intervenire.

Simile judicium sit de curatore, quod nec hujus con- 46
sensus, de jure Romano, necessitatis sit d. l. In copulandis §. C.
§. l. sciendum 20. ff. d. R. N. quia officium curatoris, in admi-
nistratione bonorum consistit, non vero, ut personæ mino-
ris prospiciat d. l. 8. §. 20. Si tamen minorennis, ex pudore, ma-
ritum

ritum nolit eligere, iudex convocabit curatores & cognatos l. 20. C. d. Nupt. Goth. ad l. 20. ff. d. R. N. lit. mibi D.

47. Magistratus quandoque nomine parentum venit vid. Theologos in explicatione IV. præcepti. Et in hac nostra materia, Magistratus quasi communis parens dicitur Mevio ad J. Lub. Lib. 1. Tit. 4. Art. 2. n. 10. Verior tamen sententia, quod hic non veniat nomine parentum, de Jure Romano, seu ut clarius loquar: De jure Romano magistratus vel Principis consensus non desideratur in nuptiis civium & subditorum Joh. Christoph. Herold Tr. d. Ratificatione cap. 3. sect. 1. n. 77. pag. 74. quia permittitur conjugio suo sociare, quã quis voluerit, modo patris accedat consensus l. Nec filium 12. C. de Nuptiis Nec est quod objicias Rubr. C. Si nuptiæ ex rescripto petantur, quia nuptiæ illæ, quæ regulariter prohibita erant, ex rescripto petita sunt. v. g. si tutor vel curator, quondam pupillam vel adultam sibi in matrimonio collocare velit l. Si tutor 7. C. d. Interd. matrim.
48. Vidimus ex legibus, diversa, diversorum parentum, jura, si liberi eorum nuptias inire velint. De jure autem naturæ hanc diversitatem non agnoscunt, sed matris quoque consensum necessario desiderant, in nuptiis liberorum Cypræus d. sponsal. cap. 6. §. 7. n. 1. seqq. Mev. ad J. Lub. L. 1. Tit. 4. art. 2. n. 22. Harpr. ad pr. Inst. d. Nupt. n. 81. In fundamento autem juris naturalis, ex quo competat patria potestas, non satis conveniunt Doctores, alii enim negant Jure naturali, nasci filiū familias, sed filiū. Ungepaup. ad L. IV. Decret. tit. 1. de sponsal. n. 25. ibi: *At mero jure naturali, nemo filius familias est, sed tantum filius, nec est in potestate patris, sed sui juris, suæque potestatis.* Quo collimant illa Puffend. de J. Nat. & Gent. Lib. 6. cap. 2. §. 4. ibi: *Nobis quippe sola generatio non videtur sufficere ad titulum imperii, in sobolem humanam constituendi. Est enim ex substantia nostra excutetur proles: tamen quia abit in personam nobis similem, & quæ quantum ad jura hominibus naturaliter competenti nobis est equalis, inde ut nobis fiat inequalis, seu*

ut nostro imperio subiciatur, alio utique titulo videtur opus esse. Gro-
tius vero d. J. belli & pac. L. 2. cap. 5. §. 1. docet: Generatione paren-
tibus jus acquiritur in liberos: utriusque parentum, patri ac matri.

Quo facit illud Philonis: Parentes Deum quodammodo referre
gignendo. Vid. Notata Excell. Dn. D. Becmann, ad d. l. Grot. Tho-
mas Hobbes. d. Cive. cap. 9. art. 3. & 7. Imperium in liberos ma-
tri originale, patri autem non nisi derivatum adscribit. Con-
stat enim terram ipsam longè plus conferre, quam arato-
rem Dn. Ziegl. ad Grot. l. 2. ca. 15. §. 1. ad v. sexus prestantiam.


Alii in statu naturali, extra civitatem, & pactum parentum,
prolem adscribunt matri Puffendorf: d. I. N. & G. L. 6. cap. 2. §. 5.

Nos, hac vice, sua cuique relinquimus, & in decisione n. 48. 50
propositi casus, ex jure divino, toti generi humano præscri-
pto, supponimus: Uxorem esse in dominio seu potestate
mariti Gen. 3. vers. 16. ibi: Und dein Will: soll dein Weib unter-
worfen seyn und Er soll dein Herr seyn. Hoc jacto fundamento
concludo: jure naturali filium esse in potestate patris & ma-
tris, ita ut matris potestas, subordinata sit potestati patris, &
quasi in quiete, quamdiu pater suam retinet potestatem. Ve-
rum si pater filium de potestate dimittat, vel moriatur, filius est
sub potestate matris. Exemplum habemus in sacris, in Abra. 51
hamo, qui Ismaëlem, extra controversiam, in sua habebat po-
testate, ita ut Ismaël, sine Abrahami consensu, uxorem ducere
non potuisset, cum vero Abrahamus Ismaëlem, ex sua pote-
state dimitteret, matris se exerebat potestas in Ismaëlem. vid.
Gen. Cap. 21. vers. 14. seq. Hinc mater ei dedit uxorem d. c. 21.
vers. 21. ibi: Und seine Mutter nahm Ihm ein Weib auß Egypten
& and. add. Puffend. d. l. §. 5. hac potestas parentum tam diu
durat, donec parentes ei renunciaverint, vel expresse, vel ta-
cite. Nec agnosco: quod jure naturali, hac parentum pote-
stas expiret, si liberi se ipsos alere, sibi que prospicere possint.


Praxis hodierna, in eo, an omnium parentum consen- 52
sus necessarius sit, non est constans. In Ducatu Wolferbyitano
in Ordin. Ecclesiast. Cap. Ordnung in Ehsachen Tit. von heimli-
cher


der und unordentlicher Ehe-verpflichtung S. soist in Betrachtung. ibi: daß forhin niemand/ so noch unter väterlicher Gewalt ist/ sich ohne Rath/ Vorwissen/ und Willen seiner Eltern/ Ehelich verpflichten sol.


- 53 Vid. Hahn. ad W. tit. d. R. N. n. 3. ad vb. *Moribus*. Verum in Ordin. Eccles. Elect. Saxoniae Tit. von Ehefachen S. von Ehegelöbniß dispositum est: Es sollen sich keine Kinder/ ohne Vorwissen und Einwilligung ihrer Eltern/ als des Vaters/ der Mutter/ und da die nicht vorhanden / des V. ob. Vaters/ oder der Groß-Mutter verloben. Ex quibus verbis colligo: nec in Electoratu Saxoniae solius honestatis, & reverentiae parentibus debita haberi rationem, sed ad potestatem, quae iure naturali & divino in liberos competit, haberi respectum; Alias avorum consensus, vivis adhuc parentibus, expetendus quoque est, quia honor & reverentia his quoque debetur, et si pater vel mater adhuc in vivis sint. Equidem Carpz. L. 2. def. 49. n. 6 docet: in terris statuum Evangelicorum etiam emancipatos necessum habere, consensum parentum, in nuptiis contrahendis adhibere. Quae sententia honestatis ratione admittitur, cum etiam emancipati liberi patri reverentiam exhibere teneantur, non vero, ut praecisa necessitas incumbat liberis emanciparis, non nisi consensu parentum, qui eos emanciparunt, nuptias ineundi, ut contra Carpz. J. Crus à pietate commendatissimus Brunneman. ad l. Filius, 25. ff. d. R. N. defendit.
- 54 Brevitatis studio, alias Ordin. Constit. omitto. Ultimo monens: Imperatoris consensum, in conjugii Principum Imperii non desiderari, quia nulla Constit. Imperii hoc injunxit, vid. Myler ab Ehrenbach in *Gamol. Princip. cap. 2. S. 7. Qvi. S. 4. S. 5.* pluribus probat, in variis regnis, Procerum matrimonia, sine
- 56 Principis vel Regis consensu iniri non posse. Idemque dicendum puto, si Princeps regens, ex utilitate publica, fratris nuptias, cum certa foemina prohibere vellet, quod Principis regentis voluntas sequenda sit, cum salus publica suprema lex sit L. *Quod semel 5. ff. d. decret. ab ord. Q. de necessitate consensus paterni, in nuptiis liberorum, dixisse sufficiat.*
S. D. G.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.







the scale towards document

os, Et aves mulceat avis as.
quis eris, ne sperne, Avicida, volucres
gregis teneri. gravis ira volantum est.
unt rostra tuo minitanti crimi;
portator fulminis olim
rum. Luit huic divina Prometheus
suo. Tityo jecur eruit uncus
ereae supra intentata Diana.
n vindex justissima mortem
Queritur densis Philomela sub umbris
etiam nunc murmurat illa Tyrantum.
onia stent inter fercla columba,
ardusq; nec asso corpore Gallus,
is cadat insons hostia mensis,
cina, tum nam creditur illud
eris longum clamantibus: Evax
ia, da fratrem parnamq; sororem;
tui jam ulciscere fata clientis.
rosis qui verritis aer pennis, *penna habet plumas.*
per solvite munera vestro.
ant nivei sua funera Cygni;
tectis cum corpora luce caerentum
epitante gruis prope Strymona luctu
ta est denata itare gregali.
lis Phenix apportet amomum,
locum Pancha aq; tura Et olentes

Helia-



Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn747402701/phys_0033

DFG